



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.7. Decimæ, aliæque collectæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

Terramque sanctam ipsi peterent. Deinde non illa privandi videbantur, qui, cum per se ipsos militare haud possent, ad bonum rei successum conferrent aliquid; senes, infirmi, foeminæ ad sustentandum sacræ crucis exercitum bonorum partem contribuentes. Tum ad omnes illos, qui ad sumptus belli sacri pecunias largirentur, ampliata est inita proportione summæ, quam darent seu in vita, seu per testamen-  
tum. Cruce signati propter obstaculū superveniens voto Superis reddendo im-  
pares hujus religione solvebantur ob simi-  
lem stipem, & interdum sine gravi causa.  
Omnes hæ largitiones magnas pecunia-  
rum summas conficiebant, tradebantur  
que Quæstoribus Pontificiis, seu Equites  
Templarii, seu Fratres Mendicantes, alii-  
ve fuerint, insimulati quandoque, quod  
hoc munere haud fideliter fungerentur.

### §. VII.

#### *Decimæ alicæque collectæ.*

Verum hæ ultroneæ pensiones erant fortuitæ: ac experientia docuit, pē-  
cuniis certis opus esse ad alendos milites  
facros, quorum pars major suis sumptu-  
bus militando non erat. Cum proin ad  
exactiones ventum esset, quia hujus belli  
scopus erat defensio religionis, sumptus  
e bonis Deo sacris, hoc est, e proventibus

Y 4                    ecclesia-

*Hist. lib. 74.  
§. 15.*

*Petr. epist. I.  
12.*

ecclesiasticis petendi videbantur. Prima hujus generis collecta fuit decima Saladinia ob amissam Hierosolymam. Viri sapientes prævidebant consecutiones ejus: atque legisti, quanto robore Petrus Blefensis impugnaverit hanc rem novam libertati clericorum, bonorumque ecclesiasticorum immunitati tam noxiam. Revera ex hac tertia expeditione captum est exemplum in reliquis omnibus, sive ob terram sanctam, sive alia de causa susceptis: dum summi Pontifices de cunctis bonis ecclesiasticis statuendi jus sibi vendicantes, modo vigesimam, modo decimam, aut etiam quintam eorum partem a Clero tum ob bella sacra, tum propter peculiaria Ecclesiae Romanæ negotia poscebant, Regesque suis rationibus consulentes in hujusmodi collectarum partem quandoque vocabant. Audivimus Cleri Galici Anglicique hac de re querimonias.

### §. VIII.

*Negotia summorum Pontificum negotiis addita.*

**H**æ collectæ modica duntaxat pars future negotiorum temporalium Papæ sacris e bellis provenientium, quorum primus nunquam non motor erat: hæc enim bella, quanquam religionis studio facta,